UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Suspectis tutoribus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

caſus,in quo in delictis admittitur penitentia.Sed certe hic quã
a do fiſco[a] ꝛ pupillo ſatiſfacit,ceſſat doli preſumptio in preteritum, vt plene dixi in l.qui ea mente.ff.de fur. Queritur vtrum ille qui conduxit vectigalia publica,iuſtam excuſationem habeat a tutela? Quidam dicunt quod non.Dic vt dicimus,j.de excuſa.tuto.l. colono.ꝛc.

ADDITIO.

a ALEX.¶ Quando fiſco.Ad iſtam vide no.in l.in confirmando. de confir.tuto.

De tuto.& cura.qui ſatis non dedit. Rub.XLII.

LEX I.

SI nondum. Minores poſſunt a ſuis adminiſtratorib.ſatiſdationem exigere,qui ſi ceſſauerint,prohibentur adminiſtrare.hoc dicit.¶ Op.j.eo.l.iij.ꝛ Inſti.de ſatiſd.tuto.§.j. Solu.Diſtingue. Tutores quidam ſunt teſtamentarij,vel dati in teſtamento, a iudice confirmati,ꝛ iſti nullo modo ſatiſdant.Quidam ſunt dati ex inquiſitione,ꝛ iſti non tenebãtur olim ſatiſdare,hodie vero omnis datiuus
a tenetur ſatiſdare,[a]vt Inſti.de ſatiſ.tut.§.pen.Ita dicit gl.hic alibi diſtinguit,ꝛ melius,in auth.vt hi qui ob.ſe habere perhi.res mino.§.pen.ꝛ illam gl.tene menti,ꝛc.

ADDITIO.

a ALEX.¶ Satiſdare.Sed Fran.Tigri.in conſi.incip.factum ſe habet,quidam nomine Burgundus cui ſubſcripſit Bartol.ꝛ eſt conſi.cxlv.inter conſi.Barto.tenet quod in datione tutoris non requiritur inquiſitio,niſi quo ad hoc,quia ſi fuerit datus cum inquiſitione non ſatiſdat,alias ſic,ꝛ pro hoc no.vide Bar.ff.de confirm. tuto.l.tuto.ꝛ Bar.in l.j.ff.rem pup.ſal.fo.Sed tene dictam gl.in d. authẽ.vt hi qui obli.ſe ha.perh.in verſi.agit.ad fin.quam ſequitur Cyn.hic in rub.ꝛ Bar.in l.ſi patronus.

LEX II.

EUm tutorem. Qui nõ ſatiſdat remouetur a tutela cum infamia,ſi dolo fecerit,alias ſine infamia,ꝛ in locum defunctorum alij debent dari,qui rationes preteritorum expoſcent.

LEX III.

IN dubium. Tutores non teſtamentarij debent ſatiſdare,alias facta per eos non valent,hoc dicit.

LEX IIII.

a **NOn omnium.** Teſtamentarius ꝛ confirmatus non ſatiſdant.[a] Item ex plurib.teſtamentarijs ille in adminiſtratione prefertur qui alias ſatiſdederit.h.d.Habetis.ff.de teſta. tu. l. teſtamento datos, ꝛ de admini.tut.l.iij.in gl.

ADDITIO.

a ALEX.¶ Non ſatiſdant. Sed quid ſi erat tutor teſtamentarius, qui erat male fame ꝛ erat ignoratus teſtatori, an hoc poterit obijci , vt teneatur ſatiſdare? Videtur quod ſic, in l.liberto.§.Largius.ff.de annuis leg.ꝛ in l.teſtamento.ad fi.de admi. tu.ꝛ quod no.Bal.in d.l.j.de confir.tuto.

[L]EX V.

a ☞ Scientia tutoris etiam qui non ſeruauit ſolennia,inducit pupillo ius deliberandi,vbi pupillus educari debeat.

TUtor. Hec eſt no.l.ꝛ eam hoc anno allegaui. Qui non ſatiſdedit,non poteſt adminiſtrare, nec gerere,niſi ea,que ſunt tempore peritura,vel nullum preiudicium paritura.h.d.Vide gl.fi.ꝛ dic ſuper verbo bonorum. Pro hoc videtur caſus in l.impuberi,de tu.ꝛ cu.da.ab his.¶ No.mul-
a tum quod dixi in ſummario. Ex quo habes [a] arg. vno caſum ad queſtionem,quam alias pluries conſului. Primo conſului quod
1 †ſcientia tutoris inducit pupillo ius deliberandi quod tranſmittit ad ſuos heredes ſecundum formam. l. cum antiquiorib. de iu. delib.ar.pro hoc in l.ſequitur.§.ſi pupilli,de vſuca.Item conſului
2 ſecundo quod†ſufficit ſcientia tutoris,quanquam non ſatiſdederit vel inuẽtarium nõ fecerit,ꝛ nihil de ſolennitatib.obſeruauerit. Caſus eſt hic.Nam ius deliberandi eſt tempore periturum,quia durat anno,vt d.l.cum antiquioribus. Item quia hoc non poteſt eſſe damnoſum pupillo, ergo non requiritur quod tutor impleuerit ſolennitatem.Facit l.tutor qui repertorium,poſt prin. de admini. tu.quod no.multum bene.Et no. quod meum motiuum fuit ꝛ in hac ciuitate hoc anno pluries fuit conſultum.ſed a princ. meum motiuum fuit.ꝛtetigi de hoc in l.qui duos.de reb.dub. Reducam tibi ad memoriam in l.cum antiquiorib.

ADDITIO.

a ALEX.¶ Ex quo habes.Et vide etiam Bar.in l.tutor qui repertorium,in fi.prin.ff.de admini.tu.Et cum hoc tranſit Bar.hic.

De ſuſpectis tuto.& curatoribus. Rubr.XLIII.

LEX I.

LIbertum. Tutor poteſt poſtulari ſuſpectus durante tutela , non ea finita, hoc dicit,ꝛc.

LEX II.

a **CUratores.** [a]Si curatores gerere ceſſant poſſunt remoueri vt ſuſpecti. h. d.cum l.ſeq.¶ Vide hunc tex.ibi,ad eos tutela transfertur.Facit ad q.de eo qui promiſit dare ſcachum matum cũ pedona, ex quo dat matum cum ea facta forſa ſeu regina . De qua hic per Cyn. qua poſita ſunt puncta ſubtilia,ꝛc.

ADDITIO.

a ALEX.¶ Curatores.Per Bar.in l.ſenatores.ff.de ſenato.

LEX III.

ETiam. Tutor teſtamẽtarius poteſt poſtulari,vt ſuſpect.hoc dicit.

LEX V.

IN poſtulandis. More potius ... tie in tutoribus ... [i]tantur.

LEX VI.

PIetatis Quilibet poteſt tutorem poſtulare ſuſpectum ꝛ paupertas non eſt iuſta cauſa ſuſpicionis,ſed eſt cauſa,propter quam poteſt curator adiungi,hoc dicit.No.ibi quod paupertas eſt cauſa quare alius adiungatur,ꝛc.

LEX VII.

EUm quem. Pendente cauſa ſuſpecti nõ poteſt tutor adminiſtrare, ſed loco eius debet curator cõſtitui.h.d.hec notabilis lex ſeu caſus.De hoc habes Inſti.eod.§.ſi quis autem.ꝛ l.quod ſi forte.§. j.ff.ſolut.ma.Et dic vt dixi ibi.In contrarium facit extra de offi.ꝛ pote.iudi.delega.c.venerabili.Dic vt dixi in d.l.quod ſi forte.

LEX VIII.

SI non ſuſpectum. Tutela pendente tutore non remoto non poteſt ratio adminiſtrationis expoſci.h.d.

LEX IX.

SUſpectos. Remotus ob dolum eſt infamis, alias ſecus.h.d.Vide glo. ſuper negligentiam.Et no.ex ea , vtrum lata culpa equiparetur dolo.dic de hoc in l.in actionib.ff.de in litem iuran. ¶ Item gl.ibi quando ex officio remouebatur non accuſatus.¶ Nota quod condemnatus ex inquiſitione non accuſatus non infamatur,vt not.in l.iij.§.preterea.ff.eo.ꝛ ibi per Dyn.quod Cyn. def hic tenere, ꝛ ego dixi alias i l.infamẽ.ff. de publ.iud.ꝛ ibi v...

De eo qui pro tuto.negotia geſſit. Rubr. XLV.

LEX I.

ETiam. Mulier,que gerit vt tutrix pro tutela tenetur,hoc dicit.

LEX II.

NOn vtiliter. Exceptio quod quis non fuit tutor poteſt opponi in quacunque parte iudicij.hoc dicit.Hoc intellige, vt dixi.ſ.de procur. l.non eo minus ꝛc.

Si mater indemnitatem promiſit. Rubr. XLVI.

LEX I.

SUo potius. Mater , que tutorem petijt, facto illius tutoris non tenetur, hoc dicit.

LEX II.

QUedam. Licet mater indemnitatem promiſit pupillo, actio contra tutorem decernitur,hoc dicit.

LEX III.

AB tutorem. Hec lex quaſi idem dicit quod prima. Mater, que petijt tutorem,ex eius officio non tenetur,niſi hoc ſit actum.